

Sebastian Glaser

Elegia Scripta A Sebastiano Glasero Eisfeldensi. In Qva Ecclesia Christi Germaniam hortatur ad Pannoniæ defensionem

Vitebergae: [Georg Rhaw], 1545

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn790829924>

Druck Freier  Zugang





V096 durchgeh.


12. a. 2.

Kleinere mitre Jeknalden!

Cg - 1293 ^{1-30.} <16. Jhr>
Paläotype
~~C. II. f. 1048~~ ^{1-33.} Ink
C II f

Ex
Bibliotheca
Academiae
Rostochiensis


22/2



VD 16: 4 2199

384
18

ELEGIA
SCRIPTA A SE
BASTIANO GLASERO
Eiffeldensi.
IN QVA ECCLESIA
CHRISTI GERMANI-
am hortatur ad
Pannonie defen-
sionem.
Vitebergæ. Anno 1545.



ADAMVS LAMPERTVS.

Quæ dolet afflictas toties Ecclesia vires
Se queritur sæuo rursus ab hoste peti,
Huic quia tot lachrymis heu frustra sæpe petenti
Difficili nemo tempore præstat opem,
Vnica spes restas miseræ Germania matri
Fallere quam credas crimen & esse nefas
Ergo tibi charæ remanet si cura parentis
Quam nimis indigna clade perire vides,
Rumpe moras, fer opem, matri succurre roganti
Illius atq; preces pondus habere sine,
Nobile sic referas superato nomen ab hoste
Accedat titulis gloria & ista tuis,

385
18

**ILLVSTRI AC GENEROSO
PRINCIPI D. POPPONI**

Comiti in Hennenberg, domino suo
clementissimo.

SEBASTIANVS GLASERVS

Eisfeldensis,

S. D.

Si vacat, eximijs virtutibus inclyte Princeps,
Hennenbergiacæ gloria, Poppo, domus,
Si vacat, hinc missam lege, dux generose salutē,
Albis vbi steriles labitur inter agros,
Quaq; vigent sanctis doctæ, cum legibus, artes
Et studium veræ religionis amans,
Dum patrio patrias animo complecteris vrbes
Inclyte Dux, dum te publica cura tenet
Artibus erudio pectus iuuenilibus annis
Hic vbi Myforum perfluit Albis agros
Et ludo interdum tenui puerilia versu
Carmina, quæ fallant tædia longa iocis.
Interdum grauiora cano, nam sæpe dolores
Causa mihi mœsti carminis esse solent,
Sic mihi cum mentem patriæ fera fata subirent
Nuper, & immanis bella cruenta Getæ
Cumq; referretur, Turcarū nunc quoq; turmis
Viscera Pannoniæ dilacerata peti,
Tantū non tepidis mihi fletibus ora mædebant
Tangebatur patriæ pectora nostra, dolor,
A ij Direptam

Direptam dudum rigidis, sine vindice, Turcis
Pannoniam, dolui, nunc quoq; sœua pati
Lugebam patrias, vastari cœdibus, vrbes
Et bona crudeli, cuncta furore rapi.
Lugebam Christi meritum nomenq; professos
A Mahometigeno turpiter hoste premi,
Vtq; mei, multis extarent signa doloris
Quæ cernis, patriæ scribere iussit amor,
Iussit amor patriæ, pietas, decus, ardor honesti,
Iussit & o placidæ pacis alumna salus.
Has tibi transmitto, Princeps generose q̄relas,
Te quoq; iam dudum tanta pericla mouent
Accipe, ieiunæ nec despice munera Musæ
Munera muneribus inferiora tuis,
Pectus amans patriæ placeat, studiūq; probetur
Sit mea præsidio, tuta Thalia tuo.
Sic mihi cum faciles fuerint Heliconis alumnae,
Inq; meo Clarium carmine numen erit
Tu mihi cum proavis, digno cantabere versu
Tunc erit, in laudes, Musa disertâ, tuas
Deducam patriam Romana ab origine, stirpē
Ornabit proavum, stemmata vestra, decus.
Tu modo, q̄d dudū facis, Illustrissime princeps
Perge meis studijs fautor adesse, Vale.



386
18

ECCLÉSIA AD GERMANIAM/DE DEFENSIONE Pannoniæ,

Accipe quã genitrix Ecclesia mitto salutẽ
Hinc ubi sum varijs obruta pene malis,
Nunquid vt afflictæ, Germania filia, matris
Verba legis, lachrymę mœsta per ora, fluũt:
An faciles nostris etiam nunc vocibus aures
Claudis: an hæc Zephyri nũc q̃q̃ ṽba ferũt:
Hei mihi te nostro non posse dolere dolore,
Nec flecti lachrimis pectora posse meis,
Iamdudum doleo nostras caruisse querelas
Pondere, & a ventis vota precesq̃ rapi,
Iamdudum testata meos tibi, Filia, luctus,
Ostendi quanta mole grauata premar,
Ipsa vides etiam, quantis labefacta procellis,
Paulatim vita deficiente cadam,
Nulla tamen nostri tangit te cura doloris,
Nec sum præsidij munere tuta, tui,
Quin age nunc tandẽ miserę miserere parentis,
Atq̃ vel has aliqua suscipere parte preces,
Talis enim meritis debetur gratia nostris
Postulat hanc pietas, postulat ipse Deus,
Multa recenserem meritorum magna meorum
Munera, ni longum cuncta referre foret

A iij Per me



Per me Relligio tibi Teutonibus ora relaxit
Purior, hoc maius, quid precor esse potest?
Mater ego docui summi te iussa parentis
Quoque datur cœli scandere culmen, iter,
Nempe Redemptoris saluam te munere Christi
Non aliter Patri posse placere Deo,
Me propter decus Imperij Germania gestas
Orbis & Ausonij Regia sceptrum tenes,
Quicquid habes, Pacis, decoris, virtutis, honoris,
Hoc etiam nostrum, Filia, munus habes.
Redde vices igitur merita, Germania, matri,
Rebus & afflictis: fer genitricis, opem,
Aspice quæ patior, quæ tot sum passa per annos,
Dum caret optato vindice, nostra salus,
Dilacerata gemo, crudelibus opprimor armis
Turcarum, laniat viscera nostra, furor,
Enecor, interimor, crucior, premo, obruor, angor
Distrahor, absumor, diripior, mutilor, (gor
Vix mihi sunt vires animam quæ ducere possint.
Vsq; adeo miseris sum laniata modis.
Accedis nostro tu causa secunda dolori
Filia, nam sentis tu quoque matris onus,
Non ego sola premo, non hos fero sola labores
Te quoque Turcarum tela cruenta petunt
Iam tua Pannonias lacerantur membra per oras,
Multaque crudelis vulnera cœdis habent,
Quid cessas igitur pressæ succurrere matri?
Aut quid es o propriæ causa propinqua necis?
Hei mihi, ne passam crudelia desere matrem
Nata, nec in me vna perdere perge duas
Iusta peto,

Iusta peto, ne sperne preces, quid iustius vnq̃
 Quam pia si matri, Filia, præstet opem?
 Natura ductæ pecudes monitrice, parentes
 Defendunt, seruant, sponte tuentur, alunt,
 Proq; suis specubus generoso robore pugnant
 Atq; lares proprio sanguine sæpe rigant,
 Vidi ego pro tepidis pugnare cubilibus vrsos
 Et pugnae fuerat causa paterna specus,
 Tu mea sanguineis laniari viscera dextris
 Cernis, & o miseram me sine fine queri,
 Cernis vt in patriam crudelis seuiat hostis
 Diripiens vrbes, oppida, templa, casas,
 Non tamen oppressæ, te iã prope funera matris
 Afficiunt, scopulis durior esse potes,
 Nulla tibi patriæ, propriæ tibi nulla salutis
 Cura, feræ, quam tu, plus pietatis habent,
 Spectasti dudum nostri primordia luctus,
 Audisti matris vota petentis opem.
 Tunc Mahometigeno cū Gracia pressa sub ho-
 Sentiret tanti vulnera prima mali, (ste,
 Cūq; mihi eriperet celebrẽ, furor impius, urbẽ
 Quæ Constantini nomine nomen habet,
 Spectasti lachrimas, luctus, incendia, cades,
 Spectasti matris, desidiõsa, necem,
 Nec potuere tuam spectacula talia mentem
 Flectere, non habuit nostra querela locum,
 Cessasti spernens pia vota, precelq; parentis
 Tuta, quod a Getico longius hoste fores,
 Nunc propior te flamma petit, tua proximus
 Ossa vorat, tuus ẽ nostra ruina dolor (ignis
 Nunc

Nunc tua crudeles discerpūt membra Tomitæ
Et patriam ferro, cædibus, igne, premunt,
Sacra prophanantes violant crudeliter aras
Et tollunt quicquid religionis habes,
Ingeminat dudum miseræ sine fine, querelas
Pannonia, & dudum voce querente gemit,
Tu tamen, o tristes spectas ignaua, ruinas,
Et quasi tuta fores, desidiofa sedes,
Desidiofa sedes, matris, patriæq; tuiq;
Immemor, & placidæ tempora pacis agis,
Ac vtinam placidæ fruereris tempore pacis,
Forte aliqua dudum parte leuata forem,
Sed neq; te tangunt peritura, fata, parentis,
Tuta nec optatæ munera pacis amas,
Immo secuturis præbes incendia bellis
Hei mihi, quid verbis digladiaris iners?
Rixaris, certas odijs, & turpiter addis
Turpia ciuili semina dissidio,
In proprium ruitura caput certamina quæris,
Inq; tui mortem corporis arma paras,
Attenuant validas tibi bella domestica vires,
Et tua ciuili robora Marte cadunt.
Occupat interea, sine vindice, Barbarus hostis
Pannoniam, Getico milite cuncta terens,
Et structas proauis pro te pugnantibus Arces
Crudeli captas strage, quietus habet.
Sic quæ te toties, & non sine clade suorum
Texit, & in proprio fouit amica sinu
Hei mihi diripitur nunc hostibus illa cruentis,
Causæq; sic propriæ, Pannonia terra; necis,
Ah madeo

388
12

Ah madeo lachrimis, quoties dolor ille recurrit,
 Qui mihi perpetui causa doloris erit,
 Belgradi Getico iacet Arx subiecta Tyranno,
 Quæ tibi præsidium, quæ tibi murus erat,
 Quæq; tot insultus Turcæ, victricibus armis
 Sustinuit, pro te fortia bella gerens,
 Nunc patrijs infesta locis fouet agmina, Turcas,
 Tecq; sed inuitis viribus ipsa premit,
 Hic sibi præsidium firmans Mahometicus hostis,
 Pannonias crebro milite vastat opes,
 Vastat, & in lacerum Christi grassatur ouile,
 Et mea crudeli funere membra necat,
 Hinc tibi iam dudum, Germania, triste minatur
 Exitium, & quicquid durius esse potest,
 Hinc te perpetui metuenda pericula belli
 Excidium, cædes, & mala cuncta manent.
 Forte sed hinc aliqua tibi parte videre tuta
 Forsitan & dudum, Turca quiescet, ais.
 Falleris o nimium Germania prodiga vitæ,
 Falleris, & vanam spem male sana foues,
 Non cessat, non dormit iners, non otia curat,
 Dura sed assidui prælia Martis amat,
 Perniciem sitit ille tuam, clademq; tuorum
 Gaudiaq; in multa cæde cruentus habet.
 Utq; cadens Lybica percussus ab aspide, virus
 Concipit, & toto corpore vulnus habet,
 Sanguine membra fluunt illi, vomit ore cruorem
 Sæuaq; per totum vulnera corpus habet
 Sanguinea læso manant a corpore guttæ,
 Atq; venenato cuncta cruore rigat.

B Turcica

Turcica sic rabies incensa furore, veneno,
Vastatam multo sanguine complet humum,
Crede mihi matri, multos ego pressa per annos,
Turcarum didici, quo ruat usq; furor,
Gens auida Imperij est, nullis satianda triumphis
Regnaq; cum subigat plurima, plura petit,
Vndiq; bellorum causas captabit, & omnes
Pertentans aditus, in tua membra ruet,
Ah rata sint nunquam, quæ mens mea forte futuri
Præscia, de misera te mihi sæpe refert.
Vanaq; sint utinam pauidam turbantia mentem
Somnia, tristitiæ pars quocumq; meæ,
Forte graui nuper defessa sopore iacebam
Sicut tamen vllus habet lumina nostra sopor
Tu mihi lugubri, Germania, veste recincta
Visa, videbaris multa dolore, queri,
Squallebat facies, lachrymæq; per ora cadebant,
Arcebant geminas ferrea vincula manus.
Vicia trahebaris vultus laniata, comasq;
Impia Turcarum castra coacta sequi,
Complebas frustra querulis vlulatibus auras,
Nec, nisi quod miseram te querereris, erat,
Terrebar tua fata videns sub imaginè somni,
Mensq; mihi subiti plena pavoris erat
Hei mihi (clamabam) periit Germania mecum,
Hei mihi, quid veræ somnia cladis habent?
Absit, ut hæc certi sint somnia nuncia, casus
Absit, ut his aliquid ponderis esse queat,
Humanas ludunt temeraria somnia mentes,
Hæc quoq; Dij faciant somnia falsa, precor,
Parcat

Parcat & o miseræ grauiores addere luctus
 Spes mihi sola manens præsidiumq; Deus,
 Iam satis ex propria superest mihi clade doloris
 Vix queo, quam patior, deteriora pati.
 Sic me sollicitam pro te sæpissime terret
 Somnus, & vt metuam tristia cuncta, facit,
 Hac tibi propterea, charissima filia, scribo,
 Maior vt instantis sit tibi cura mali.
 Vtq; tuam, matrisq; simul tueare salutem,
 Spes mihi, te salua, magna salutis erit,
 Dū potes ergo truces generoso pectore Turcas
 Littus ad Euxini cedere coge maris.
 Pro patrijs geris arma focis, pro nomine Christi
 Ipso etiam Christo vindice, bella moues,
 Sero nimis nostrum deflebis Filia casum,
 Amplius auxilio cum nequit esse locus,
 Sero nimis propriam, mea Nata, tuebere vitam,
 Cū tua membra Getes compede vincita trahet
 Cumq; cadet mecum, recti, pietatis, honesti
 Virtutis, decoris, religionis honor,
 Tunc mihi nequicq; lachrymis precibusq; vocati,
 Optabis frustra ferre salutis opem.
 Aspice nunc Patrias ornatas legibus vrbes
 Iudicij, opibus, consilijsq; senum,
 Aspice palladias, studijs florentibus, Artes,
 Et vitæ humanæ lumina magna, scholas,
 Deniq; cœlesti mandatum dogmate cultum,
 Et veras veræ Relligionis opes.
 Inuenies studijs, doctrinis, legibus, Arte,
 Non vllas, patrijs vrbibus, esse pares,

B ij

Nunc

Nunc vere vernant roseis tibi floribus vrbes
 Floret, & immenso nomen in orbe tuum,
 Dirus at hæc delet cuncta ornamenta Tyrannus,
 Vastat, & immani milite quicquid habes.
 Quid nunc, Cecropiæ nisi triste cadaver, Athenæ?
 Urbis & euerfæ quid nisi nomen habent?
 Quæ tamen Eoi domitrix Orientis, & orbis
 Vrbs fuit, & magnum nomen ad astra tulit,
 Nunc vastata iacet paucis habitata colonis
 Pagus & est, quondam quæ decus orbis erat,
 Sic & vbi quondam diuinæ Palladis arces,
 Sacraque Pieriis, templa, deabus erant,
 Hic piscatores pauci nunc retia siccant
 Vsq; adeo misere diruta cuncta iacent.
 Quid Constantini referens vrbs nomine nomen
 Quid nunc? latronum quid nisi vasta specus?
 Floruit hæc opibus, studiis, virtutibus olim
 Regiaque Ausonij Cæsaris aula fuit.
 Nunc procul hinc pietas, studiū virtutis, & æqui
 Exulat, immanis cuncta Tyrannis habet,
 Quæque fuit decus Imperij, manet illa latronum
 Nunc domus, & Cæcum regia vasta fouet.
 Hæc precor admoneant proprij te, nata, pericli,
 Alterius discas cautior esse malo,
 Excitet ad iusti iustissima prælia Martis
 Te, mea crudeli pressa sub hoste, salus,
 Nunc opus, externus toties quo concidit hostis
 Robore, nunc patrios ipsa tuere lares
 Incluta bellatrix tua nunc Germania virtus
 Luceat, & proavum nomine digna gere.
Magnanimus

Magnanimus Solymas pugnans Cōradus ad Ar
 Vīctrici retulit parta trophæa manu, (ces,
 Fudit in Armeniæ Fridericus finibus hostem
 Et Turcis ipso nomine, terror erat,
 Sultano eripuit Solymorum fortiter urbem
 Egit & in turpem barbara castra fugam,
 Tunc Asiæ latebris defendi Turca nequibat,
 Qui nunc Pannonios depopulatur agros,
 Maiores imitare tuos, & clara tuorum
 Facta, quibus patriæ consulere suæ,
 Non nunc Caucasæis quærendi in rupib, hostes,
 Non gelidi Tanais ripa petenda tibi
 Nec seuit Solymam Mahometicus hostis in urbē
 Ah iacet hæc dudum præda cruenta Getis,
 Pannoniam lacerans crudeliter omnia vastat
 Inq; gregem Christi nil rationis habet,
 Euerit celebres, sanctis cum legibus, vrbes,
 Tollit & o sancta cum pietate fidem,
 Interimit natos ferus hostis ad ora parentum
 Clamantes frustra voce parentis opem,
 Abripit a trepida trepidantes matre puellas,
 Cogit & abductas cuncta nefanda pati,
 Sape suo coniunx rapitur dilecta marito
 Tractaq; compedibus Caspia regna videt,
 Sæpius ante suæ vir concidit ora maritæ,
 Et patriam proprio sanguine foedat humum,
 His o Nata malis, hac tu quoq; clade premeris
 Ni pia maturo prælia Marte geres.
 Suscipe, pro patria, pro libertate tuorum,
 Arma, nec afflictis rebus adesse neges,

B iij Suscipe

Suscipe magnanimos pro Religione labores
Iustaq; pro Christi nomine bella gere,
Scilicet hoc patri debes, patriæq; tibiq;
Officium, petit hoc, & probat ipse Deus.
Ah ne priuatis iustissima prælia rixis
Postponas, odijs nec gere bella domi
Desine ciuilibus tristissima semina motus
Spargere, nec verbis noxia bella moue,
Ne tibi, quod ranis cum muribus accidit olim,
Accidat, & proprijs sis tibi causa mali,
Pugnabat cū mure, loquax Ranuncula quondā
Causaq; pugnandi ripa palustris erat,
Vidit vt ex alto dubiæ certamina pugnae
Miluius, authorem litis vtrumq; vorat,



ELEGIA
AD INVICTISSIMVM RO-
MANORVM IMPERATOREM
CAROLVM V.


Autore Sebastiano Glasero Eissfeldensi.


CANON Ad Lectorem.

Forſitan Arte carent, dicis, mea Carmina, Lector,
Scimus, at hæc aliquid forte laboris habent.
Quinq; tibi primæ, numerabunt carmina, uoces,
Grandis & in medio litera uersus erit,
Quæq; tenet finem cuiuslibet ultima uersus
Litera, si numeres, hanc quoq; carmen habes.

1	C arole terrarum Caput, inuictissime Cæsa	R
	Terrarū gestans Auspice sceptræ De	O
	Princeps, dux, uindex, Romanum Carole regnu	M
	Et regis, & superas Omnia laude tu	A
	Maxime, propterea Laudes te ad sydera tollun	T
	Cæsar, Marte potens Eximiaq; man	V
2	Spes es in hoc misera Princeps generose, tumult	V
	Patriæ, habet te nunc Regia Roma patre	M
	Imperij dedit hoc Ornans te, Carole, sceptru	M
	Qui seruat dextra, Cuncta creata, su	A
	Fortiter ut reprimas Hostilia prælia victo	R
	Inclyta quo mundi Roma sit usq; capu	T
	Gestas ut moueas Iusto pia prælia Mart	E
3	Sceptræ, sit et regnū S tans sine fine tuu	M
	Sacri etiam ut uerbi Terris Venerabile Lume	N
	Tu foueas placido Iusticiamq; sin	V
	Victrici ergo trucem Nunc nūc pete Marte tyrannu	M
	Nūc age regni hostes Opprime quæso tu	I
	Carole blasphemum Mahometi contere nome	N
	Dextra quā imbellem Iactitat esse, tu	A
4	Vtere uindicibus Nunc Carole fortiter armi	S
	Turcarum uires Exuperesq; par	A
	Te, redeat pacis Cœlesti sydere Nume	N
	Vindice, tu nobis Aurea secla redu	C
	Concidat, intereat Scythicū genus, hostis & absi	T
	Omnis, at ô Cæsar Tu tua regna iuu	A
5	Impetus in seui Ruat omnis castra Tyrann	I
	Aufonium decus hoc A lme foueto sin	V
	Te Duce sic terris Miti pax Aurea uult	V
	Floreat atq; domus Optima fama tua	E
	Auspice sic Christo Viuas, te Carole nome	N
	Nomen honos, laudes Et pia fata, manen	T


Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in approximately 25 horizontal lines, with some lines starting with capital letters. The ink is very light and difficult to discern against the aged paper.







Nunc vere vernant roseis tibi floribus vrbes
 Floret, & immenso nomen in orbe tuum,
 Dirus at hæc delet cuncta ornamenta Tyrannus,
 Vastat, & immani milite quicquid habes.
 Quid nunc, Cecropiæ nisi triste cadaver, Athenæ?
 Urbis & eversa quid nisi nomen habent?
 Quæ tamen Eoi domitrix Orientis, & orbis
 Vrbs fuit, & magnum nomen a te tulit,
 Nunc vastata iacet paucis habitantibus
 Pagus & est, quondam præcipua ciuitas erat,
 Sic & vbi quondam præcipua ciuitas erat,
 Sacraque Pieriæ
 Hic piscator
 Vlcera
 Quæ
 Floret
 R
 Nunc
 Exul
 Quæque
 Nunc d
 Hæc precor
 Alterius d
 Excitet ad iusti
 Te, mea crudel
 Nunc opus, externis toties quo concidit hostis
 Robore, nunc patrios ipsa tuere lares
 Inclyta bellatrix tua nunc Germania virtus
 Luceat, & proavum nomine digna gere.
 Magnanimus



Nunc vere vernant roseis tibi fl
Floret, & immenso nomen i
Dirus at hæc delet cuncta orna
Vastat, & immani milite qu
Quid nunc, Cecropiæ nisi triste c
Vrbis & euerſæ quid nisi no
Quæ tamen Eoi domitrix Orie
Vrbs fuit, & magnum nom
Nunc vastata iacet paucis habi
Pagus & est, quondam quæ
Sic & vbi quondam diuinæ Pa
Sacraque Pierijs, templa, dea
Hic piscatores pauci nunc retia
Vsq; adeo misere diruta cun
Quid Constantini referens vrb
Quid nunc? latronum quid
Floruit hæc opibus, studijs, virt
Regiaque Ausonij Cæsaris au
Nunc procul hinc pietas, studiū
Exulat, immanis cuncta Tyr
Quæque fuit decus Imperij, man
Nunc domus, & Cacum reg
Hæc precor admoneant propri
Alterius discas cautior esse
Excitet ad iusti iustissima prælia
Te, mea crudeli pressa sub h
Nunc opus, externus toties que
Robore, nunc patrios ipsa t
Incluta bellatrix tua nunc Germ
Luceat, & proauum nomin

